

Principis nostri sentiant vota et facta unctorum. Nec et Claudiana
praefoniosissima Söietarum seros, profus abluat, quum canit:

Non sic ex cubia, nec circumstantia bella,
Quam tutatus amor, non extorquebis amari:

Hoc alterna fides, hoc simplex gratia donat.

Audiamus denique Antoninum Pium apud Lampridium in Commodo. Non
quicquam est, inquit, quod imperatorem melius commendat gentibus, quam
clementia. Haec Caesarem Deum fecit, hac Augustum consociavit. ^{ita}
et inter coeteros Imperatorum titulos hic quoque fuit: ut Clementissimi, qui
idem indulgentissimi, vocarentur. Qua quum ita sint, quis vestrum, A. V.
mecum iam exclamabit. O praedaram, o et veritatis plenissimam ac planis-
simam laudati Imperatoris praceptionem! Est utique haec non chartis, sed
marmoris inscribenda; non libellis, sed aeneis monumentis concredenda, non
levium hominum mentibus, sed aeternae memoriae annalibus committenda.
Vos vero Principes, vos Registres terrae, aureolam hanc praceptionem
probe observate, animis infigite, et quoties Solem intuerini, aut calorem
ejus sentitis, aut cursum contemplantini, vos toties de clementia ac fa-
vore erga subditos moneri arbitramini. Debet sane magros animos
et fortunam lenitas, quodque notetis, non nisi in eos cadit. Non enim
istorum res est clementia, sed eorum, qui in supremam potestate confi-
tati sunt, et temperare aut flectere ex usu aliquo, leges possunt. Est
ut verbo dicam, Principum Princeps ut Sol sit, inquit Imperator ego,
hoc nomine primus. Atque haec ipsa quidem praepceptio quum ulte-
riori esse ac uberiori explicatione indigeat, ea vero peculiari actu
Emblematico, quo Sol. Sol Emblemata boni Principis in soluta pari-
terque ligata oratione utriusque lingua, Latina ac Germanica,
exhibebitur, hodie futura sit, frontes iam serenas, linguas faventes,
aures benevolas, mentes attentas me e vestigio secuturis Declama-
toribus eblandiri teneor. Ego proinde harum adiam Apollinis admissi-
onalis non vestrum tantum, A. V. auspiciatissimum adventum unico
hoc salutatorio verbo, HAEC VE TE, gratulor, ipseque indefessos mira-
dam illam vestrorum nominum ac numinum cultores invisendi de-
gnationem cum tota hac, quae intus est, turba animo perquam gra-
tissimo agnosco; sed et almam praesentem vestrae Lucinam, ut in pu-